



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 78. Cleri postulata ad Regem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI. V. Instructionem pro Concionatoribus,  
 A.C. 1588. VI. Tractatum de Officio Episcoporum,  
 præterquam plurima alia opuscula.

§. LXXVIII.

*Cleri postulata ad Regem.*

*Act. du  
 Clergé t. I.  
 pag. 112.*

Dum Franciæ Clerus Mensibus Ja-  
 nuario, Febuario, & Martio hoc  
 anno Parisiis sua habuerat comitia, qui-  
 bus Borbonius Cardinalis præerat, eis-  
 que Bituricensis Archiepiscopus, plu-  
 resque alii Nobilis Ordinis Deputati  
 intervenerant, ubi hic idem Archipræfatus  
 Henricum III. die undecima Februarii  
 unacum Borbonio, Vindocinensi, &  
 Gondio Cardinalibus, Archiepiscopis,  
 Episcopis, aliisque Deputatis adierat,  
 porro cum eidem Regi plurima propo-  
 nere juberetur, præprimis eidem hæc  
 ob oculos ponebat: „Nunquam usque  
 „adeo depressus Ordo Ecclesiasticus  
 „hucusque ingemuit, quippe Sacerdo-  
 „tes ejecti, suis bonis spoliati, fustibus  
 „cæsi, trucidati, ac misere per univer-  
 „sum Regnum ab hæreticis, & Regiis  
 „militibus ad lanienam rapti sunt: ce-  
 „teri vero decimis, & alienationibus,  
 „ad quas a Regia sua Majestate com-  
 „pelluntur, ad mendicitatem redacti  
 „cernuntur: enimvero antiqui Franciæ  
 „Reges, dum regnum suum ab erroribus,  
 „hæresibusque purgare aggrediebantur,



„bantur, nunquam oculi sui pupillam  
 „tetigerunt, nec unquam ecclesiastico-  
 „rum bonorum reditus usurparunt,  
 „etiamsi tum nec Occidaniam, nec  
 „Aquitaniam, nec Normaniam, nec  
 „Campaniam, nec Delphinatum, neque  
 „Provinciam suo imperio unitas ha-  
 „buissent: porro solus Carolus Martel-  
 „lus, alias tamen optimus Rex, tan-  
 „quam profanator apud omnem retro  
 „posteritatem traducebatur, eoquod  
 „Ecclesiæ bona diripere attentasset.  
 „Hasce querelas Archipræsul iterabat,  
 „eoquod Rex a suo Clero juxta Sixti V.  
 „Bullam nuper memoratam rursus duo-  
 „decies centum aureorum millia exige-  
 „ret; Præsules quidem quingenta aureo-  
 „rum millia Regi offerebant, petebant  
 „tamen, ut alteram summæ partem in  
 „præfata Bulla indultam remittere velit:  
 „quapropter Rex cognita Cleri sui pau-  
 „pertate nonnisi sexcenta aureorum mil-  
 „lia petebat, quæ eidem quoque fue-  
 „runt concessa, quo factò die septima  
 „Mensis Martii conventus solvebatur.

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1589.

§. LXXIX.

*Liberior oratio Parochi ad sanctum  
 Gervasium.*

Die prima Januarii anno Christi mil-  
 lesimo quingentesimo octogesimo  
 nono Guincestrus Parochus ad sanctum  
 Ger-

*Journal de  
 Henri III.  
 t. 1. p. 103.*

Ger-